



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Pachomij Abbatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

VITA S. PATRIS PACHOMII, EX EA,
 qua est apud Simeonem Metaphrasten. Huius res
 gestas Græcè conscriptas Dionysius Abbas Rom. co-
 gnomento Exiguus sanctitate & eruditione clarus
 Latine conuertit, ante annos plus mille ac centum.

Pachomius gentilibus ortus maioribus, cum
 admodum iuuenis à parentibus ad locū quen-
 dam, idolorum sacrificijs celebrem, perdu-
 tus fuisset, & ipse Sacerdos, qui tunc fortè nefan-
 tis sacris intentus erat, nullo modo sacrificium per-
 gere vel consueta à dæmone oracula extorquere
 potuit. Id verò cum non alia de causa, quàm pro-
 pter iuuenis præsentiam accidere intelligeret, ma-
 gnam cum indignatione & furore, Pachomium è sa-
 cro eiecit. Qua re parentes, sanè, conturbati sunt &
 illicitè inquirere cœperunt, quidnam esset, quod
 eorum filius, nunquam, libamētū vinum à se hau-
 dum, retinere possit. Verum cum eius rei causam
 indagare nequirent, tristes conqueuere: & Aegy-
 ptiacis literis apprimè eum erudiri curarunt,
 Cum autem post varias persecutiones quibus
 Ecclesia diu grauiterque quassata fuerat, Constan-
 tinus Imperat. aduersus tyrannum expeditionem
 susciperet, ad eamq; insigni robore ac virtute iuue-
 nes, ex varijs prouincijs deligerentur, inter alios
 & ipse Pachomius, annos tum natus viginti sese-
 ptuaginta illis adiunxit: & conscensa cum reli-
 giosa nauè, prospero satis ventorum flatu in quod-
 dam Thebaidis oppidum appulit. Interea cum
 omni penu exhausto, extrema rerum omnium in-
 opia premerentur, Christiani quidam, pietatis &
 misericordie memores, benignè admodum eis se-
 curia: & non modò cibo potuq; sed recentib. etiam
 fructi-

14. Maij.

Vide rē mi-
 rā in Pachomio puero.Pachomius
 dat se mili-
 tæ sub Con-
 stantino.

fructibus, alijsque recuperanda valitudini rebus idoneis recrearunt. Id tacitus secum admirans Pachomius, & sedulo virorum istorum benignitatem charitatemque contemplans, studiose inquirere coepit, quæ gens illa esset, quam religionem sectaretur, & quid demum, ad tantam humanitatem hominibus peregrinis præstandam, eos impelleret. Cumque eos homines Christianos esse, & nihil yuca in Deum & homines charitate, antiquius habere intelligeret, repente flammam quandam divini amoris concepit: prorsus ut se continere nequeat, quin supplices ad Christum preces, cum lacrimis, funderet, ut eadem fide se illustraret, & hominibus tam sanctis, & tam pijs aggregaret.

Pachomius
adhuc genti
lis Christi
precatut.

Hæc postquam ardenti cum pietate precatus esset, insequente luce ventis vela fecit. Interea cum adhuc inter militares turbas, & mille peccandi licentias versaretur, precum suarum memor omnes carnis illecebras & noxias voluptates confusus repellabat, & corporis imprimis metusque, caeleste numen sibi propitium habere studium. Quamobrem, ut primum Constantius, prodigiosis hostilibus, tyrones suis rude donavit, Pachomius in superiorum Thebaidem profectus, ad Christiana militiæ castra se contulit: & primum in loco, quem Chenobosciam appellabant, lustratus aquis expiatus, Christo nomen dedit. Nocte vero illa, qua caelestis epuli particeps factus fuit, sentiens quietem, rorem calitus in dexteram suam descendentem vidit: qui mox in mellis crassitudine ut concrevit, audiuit vocem sibi dicentem: Pachomi, intellige quæ hic in manu tua peraguntur mysteria, ea enim indicium sunt collare tibi Christo gratiæ quam etiam atque etiam, ut retineas.

S. Pachomius
baptizatur.
Visto eius.

Hac visione excitatus vir Dei, totusque Christi amore faucius, se plane vni Christo, sub monastica disciplina, consecrare decreuit. itaque summa determinatione, ad anachoretam quendam, Palamonem nomine, virum in palæstra spirituali egregiè exercitatum, contendit: eique sese, prompto ac hilarissimo, in disciplinam tradidit. Ibi pariter orationibus, die noctuque vacabāt, & indefesso manuum labore, sibi pauperibusque victum comparabant. Palamon autem, cum inter nocturnas preces, Patromium peruigilio fessum, somno grauari cerneret, cum protinus secum assumebat, & sportas areolas plenas de loco in locum transferre iubebat: ne vel leui torpore oppressus quicquam de intento orationis, laborumque studio remitteret.

Quodam autem die, de more, ilis diuinarum reum meditationi incumbentibus, quidam foris adueniens, hospitium apud viros sanctos precabatur. Quo libenter concesso, luculentus ei protinus est lectus extructus: vt fessa membra refocillaret. Cumque pariter assidentes, de cælestibus rebus sermonem instituerent, externus ille superbiz spiritu intus, confidenter ait: Si quis vestrum synceram fidem adeptus est, is surgat, & nudis plantis prunas calcare non vereatur; vt nobis fidei suæ testimonium præbeat. Audiens hoc Palamon statim tantam verborum eius insolentiam increpauit, & temeritatis eum, quod rem tantam, nulla vrgente necessitate, proponeret, redarguit. Is autem maiori superbia, in carbones, nudis pedibus, profusus, & demonum operatione, illæsus, eos superataque viris sanctis, quod infirma vel nulla fidei veritas essent, impiè exprobrauit. Cumque callidus demon eum, hoc modo, in fraudem impulisset:

maiore

Abit ad Palamonem anachoretam.

Vide quid faciat contra torporem.

Vide demonis versutiã.

maiore dolo, in eum grassari constituit. Itaque, assumpta formosę mulieres specie, quodam die, ostium cellę eius pulsauit; finxitq; se, ære alieno gnauatam, à creditoribus inquiri: cuius rei periculum vt euitaret, infimis precibus cellę ipsius latebat petiuit. Is autem recenti superbię suę vitio admodum occęcatus, iudicare non potuit dęmonis illius elusionem esse: itaque ipsum dęmonem, in formę mulieris latentem excepit & sine vlla infidiarum suspitione, sermones cum eo miscuit. Cumque dęmonem iam nihil eorum quę in animo illius agebantur, lateret, cępit eum carnis illecebris titillare; qui mox cupiditate victus, totus in libidine miser exarsit. Cumque iam in amplexus, creta mente, ruere veller, dęmon eum verberare excepit, humęque prostratum pœnę exanimem reliquit. Nō multo post, ab eodem dęmone miserę agiturus, emota mente, per sylvas montesq; cucurrit: ac tandem in fornacem balnei semetipsum præcipitans, ita incõbustus periit. Hęc cum Pachomius per ordinem cerneret, nequaquam frigide in Dei gratia laborandũ esse didicit, multoq; minus aduersario vel inleuissima aditũ concedendũ. Vt igitur oēs illi vias præcluderet, vtq; collaras sibi gratię opes multiplicaret, tãta virtute annisus est, vt ipsi etiam sentigentem interdum admirationem commoueret.

Patentia S. Pachomij.

Erat non procul horrida quędam solitudo, vberibus & spinis obsita, quã nudis sæpè pedibus, ligandi gratia, inambulabat. Ibi cum aspera quęque prefferret, & faucias, grauius plantas, post se traiecit.

In solitudine etiam de aliorum salute multũ sollicitus est.

sustinebat lætus, memor clauorum quos Christus Dominus, scelerum nostrorum ergo percussit. Porro quanquã spiritu solitudinis delectaretur plurimũ, nunquam tamen proximi curam neglexit.

ebat; sed ardentissimas semper pro omnium salu-
 ad ad Dominum preces fundebat. Cumq; aliquan-
 do e cella egressus, per inculta eremi loca solus in
 ambulans, ad vicum Tabenese pervenisse, audiuit,
 inter ipsa orationum suarum suspiria, vocem sibi
 dicentem: Pachomi, mane hic, & constructo mona-
 sterio, curam eorum, qui salutis causa ad te conflu-
 ent, suscipe confidenter. Hac voce attonitus Pa-
 chomius, constitit: & ecce Angelus Dei illi asti-
 tabe lamq; in qua monachorum regula & opti-
 ma vivendi norma congesta erat, ei tradidit: quam
 sanctus suis deinde discipulis prescripsit, ad
 quam, in hodiernum vsque diem, Tabennesiora vi-
 am instituunt.

Porro Palamon deuexa tum etate vir, tandem cor-
 porea vinculis, laetus ad caelos migravit, Pachomi-
 aevam, cum in eadem vita austeritate perseve-
 rat, paulo post fratrem suum naturalem, Iohan-
 nem eiusdem vitae socium habere meruit. Post quin-
 decim annorum decursum, quo tempore vi-
 giliaru & inedia patientissimus multa preclara cu-
 rae sario certamina sustinuerat, recordat^o pmissis
 per Angelu de salute animaru plurimarum acce-
 perat, amplissima novi monasterij fundamenta ia-
 ce cepit. At frater, qui secessum & solitudinem
 meditabatur, ea amplitudine offensus, Pachomio
 accessit, multiq; rationib. voluntati eius sese op-
 ponit, quin etiam asperis eum verbis increpuit: quasi
 malicio & sordibus, nominis celebritatem quere-
 re. Pachomius vero ea contumelia affectus, mul-
 tum quidem comotus fuit, ab omni tamen verboru
 iuria abstinuit. Erat enim miti mansuetiq; inge-
 nitus. Sequente autem nocte, de illa animi commotio-
 ne, quae in pectore oborta fuerat, tantum dolorem
 conce-

De regalis
 S. Pachomij
 meminit
 Genadius
 de viris il-
 lust. cap. 7.
 Ipse Pachomij
 regulas
 Latine red-
 didit S. Hiero-
 nymus. Vide Ba-
 ron. in notis
 hoc die.

Vide quantis lachrymis vir sanctus leuissimum delictum plangit.

concepit, vt quasi grauissimorum scelerum reus infiduos lachrymarum imbres funderet: suamque fragilitatem acerbissimè deploraret. Timebat enim aliquando obicem diuinæ gratiæ opponeret, & ex timore Dei incautè excideret. Consueuerat totis noctibus extensis in formam crucis manibus, Dei misericordiam deprecari: & aduersus inimici rugientis sæuitiam opem implorare.

Dæmonum
in eum insi-
dia.

Interea cùm monasterium, magna animi alacritate, ædificaret, dæmones acrioribus inuidiæ stimulis concitati, varias ei insidias struebant: & cùm irruptione & aperta vi nihil se proficere intelligerent, vanis imaginibus eum à mentis & precum puritate retardare conati sunt. Sed vir sanctus ones eorum insultus constanter eludebat: profusus eandem animi tranquillitatem, in medijs temporibus & clamoribus, semper conseruaret. Accidit quandoque, vt vero sancto, post preces ad opus edenti, malignus, suscepta specie galli, insultare & continuas sæuaque voces ederet: simulque in capillum inuolare & vnguibus acerbè eum feriret. Ille autem crucis signo in fugam quidem eum compellit: sed alias mox insidias sensit. Ecce enim ingens dæmonum turba, vno consensu, folia ex arboribus concutere visa est, allatisque funibus ea alligabat. Tum verò vtrinque stantes se inuicem hortabantur, vt ea folia tanquam immanis ponderis saxum viribus traherent. Hoc autem ab eis excogitatum erat, vt re adèd ridicula, sanctissimi viri membra, ad leuitates risumque dissoluerent. Sed Pachomius, visa eorum impudentia, ingenuit, & Christi virtute cunctos repente in fugam conuertit. Eo autem sæpè ad mensam sedente, dæmones, in habitu mulierum, se ei obtulerunt, quos ille, clausis oculis, auer-

derfatus repellebat. Tanta autem menti eius in-
 er fiducia, tanta fides, vt scorpiones & serpentes,
 is calcaret plantis: & Crocodilis, in traiectu
 ulorum, pro nauiculo vteretur. Cum autem vi-
 et in se, perpetuos demonum insultus, vt gene-
 & perfectus athleta veritatis, petiuit a Domi-
 vt die noctuque aduersus inimicum, in acie, in-
 omnis persisteret. Qua petitione concessa, omnis
 somni expers, vitam producebat, & inuicta
 are virtute, hostiles impetus sustinebat.
 Paucis inde diebus, nocturnis precibus inuigi-
 lanti, interim angelus Domini, clara se luce ei con-
 spicendum praeuit, tertioque eum, vt hominum
 Deo conciliaret, monuit: & protinus recessit.
 Hac visione oblata, nouus multoque quam ante
 hor hominum concursus ad eum factus est. Ij au-
 terant ferè omnes ex eorum genere, qui scele-
 ra conscientia grauari, cum Deo in gratiam redi-
 piebant. Hos itaque summa beneuolentia ex-
 pectans Pachomius, in viam reduxit & mortuas ac
 putentes animas, non sine miraculo, Christi
 in vitam restituit. Et quidem alios seuerio-
 rum disciplinis idoneos, ad monasticam vitam
 auocauit: alios mente corporeque fragiliori, Deo con-
 uentus, communem viuendi viam ingredi permi-
 sit. omnibus autem salutis monita dabat, quibus
 iuncti, leti alacresque, suauissimum Christi iu-
 gum portabant. Hæc aliaque præclara pietatis offi-
 cia, soror eius audiret, perfectioris vitæ studio
 incensa, ad eum venit, locumque paulum a monaste-
 riorum obtinuit, in quo, Pachomio fratre in-
 uicatore, solitaria vitam instituit, multasque scemi-
 ad eandem, suo exemplo, societatem allexit.
 præterea cum Pachomij nomen, propter multipli-
 cem

Viuit sine
 omni ferè
 somno.

Angelus ei
 apparet.

Peccatores
 ad se veni-
 entes Deo
 conciliat.

Soror eius
 ad eum ve-
 nit & mu-
 do renun-
 ciat.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

Theodorus
iuuenis illu-
stris fit mu-
nachus.

cem sanctitatē, celebri sermone in ore omnium fa-
retur, multiq; indies, spreis voluptatib. & petu-
ris mundi honorib. contēptis, ad religionis portum
cōfugerēt, inter alios, Theodor⁹ qdā, illustri scho-
dū familia ort⁹, annos nat⁹ plus minus 14, in magna
spe dignitatis & honoris educatus, studio tā ad-
mirabilis virtutis, quā oculis intuebatur, incensū po-
nones contēpsit, opes deseruit, parētum lachrymas
despexit & in monachorū societatem sese recepit.
Nec mirū sanē quod oēs sese certatim Pachomio in
disciplinā tradere cuperent, qui cōmissum sibi pe-
gem, tanta dexteritate ac suauitate regere, & in
minimē dubia, ad salutis portū delucere nosset.
Quidam exercitator multorū fratrum, inter quos
quendam instituendum habebat, qui ad faciem
ordinum dignitatē, quamuis ineptus, importunē
opportunē aspiciabat. Præfectus verō cū eū talibus
stione indignū cerneret, preces ei⁹ repudiabat
villo modo promouere volebat. Cūq; frater ille
importunitate, præfectū vincere contenderet, &
rijs molestijs afficeret, Præfectus eū Pachomio
tulit: vt quod vtile iudicaret, de eo statueret.
aūt, auditis de frater illo querelis, nequaquam
riorib. eum monitis exceptit, sed, ne hominē de-
rationis barathro absorberet, Præfecto mādū
diutiūs eius voluntati nequaquā resisteret, sed
quę postulabat, benignē cōcederet. Prudentem
dicebat, virū malum, si beneficio afficiatur, ad
sum boni perduci posse. Itaq; Præfect⁹, hoc acco-
responsio, fecit quod iussus fuerat. Frater autē
audita hac Pachomij in se benevolentia, cum
mis reuersus ad pedes eius procidit & ait: Hinc
Dei magnę tibi grates debentur, qui vincas in
malum. Si enim leni in me animo non fuisset, sed

Industria e-
rus in alio-
rum animis
regendis.

seritate vsus, Prefecto subdidisses, profecto, reli-
 gioso habitu, seculi commoda repetissem. Nunc au-
 tem benedictus es tu à Domino, quoniam, per te,
 salua est anima mea. His auditis, vir sanctus, fra-
 trem per amantem amplexans, hortatus est, vt digna
 sua professione, vitam ostenderet, ne deteriores in-
 futuro penas lueret. Et hac quidem lenitate erga
 infirmos & in cuius pietatis adhuc teneros uteba-
 tur Robultos vero, & qui longa bellandi consuetu-
 dine viriliter decertarant, varijs modis exercebat.
 Inter quos Theodorus: quem sanctum vir sanctus
 facilius increpare & nullo ipsius demerito, ad fun-
 ctiones quaslibet inuicilè appellare non verebatur.
 Inter hæc aliaque virtutum insignia cœpit etiam
 miraculis clarescere. Quædam mulier, ex ijs quæ
 vitam agebant, cum laboraret profluvio san-
 guinis, neque vlla recuperanda salutis spes in arte
 medica, reliqua esset, concepta de Pachomij sancti-
 tate fiducia, contactu cucullæ ipsius repente pristi-
 nam sanitatem obtinuit. Alia item puella, a sauo
 arumone, propter violatam castitatis fidem, corre-
 pta, oleo facio, per Pachomium liberata fuit. Sed
 filius viri cuiusdam optimi, immensi obsessus
 demonio, pane per eum benedictio, eoque sumpto,
 repente sanatus fuit.

Miracula eius.

Hæretici oppugnant discipulos eius.

Venerunt quandoq; ad viri sancti discipulos hæ-
 retici quidam arrogantia tumidi, qui vt impietatem
 occultabat, ita miraculorū virtute, ad certa-
 tum fidei eos prouocare nō verebatur. Agedū, dice-
 bat, vt liquido cōstare valeat, quorū fides sincera &
 integra est, pedibus hūc fluuiū transmittamus. Hæc
 discipuli ad Pachomium retulissent, vir sanctus
 respondit: imposituram: o frandem caudæ serpen-
 tis: Nescitis illud Apolloli: quod Deus secun-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum duritiem eorū & cor impoenitens tradidit eos
in reprobū sensum, vt sint inexcusabiles. Et illi
quidem, Dei permissiōe, fluuiū trahere possent,
opem eis ad hoc ferente diabolo quōd haresi eorum
hoc modo confirmata, arctioribus eos, qui iam de-
cepti sunt, impietatis vinculis cōstrictos, post le-
ptinos trahat. Mihi verō hoc nō est à Deo p̄positū,
vt pedib. fluuium transmittā, aut feris imperē, quā
ab initio Deus homini subiecit, sed vt, Dei virtute,
diabolicas trāsiliā infidias: & me totū, meq; omnia
ad Dei mei voluntatē, cōponam. Quod vbi fecero,
reliqua omnia, mira facilitate, protinūs cōsequen-
tur. Post hæc voluerunt quidā viri de reb. ditius,
cū eo sermonē instituere, qui falsa sanctitatis & do-
ctrinæ opinione se venditabāt. Fuere illi benigenti-
Pachomio admissi, collatq; sermone, sensu pro-
nūs vir sanctus f̄etore intolerabilē. Cumq; terti-
doris causam ignoraret, ijs dimissis, enixē discuti-
gavit, intellexitq; mentes eorū prauis opinionibus
corruptas, impietatis virus per linguas effundere
voluisse. Tum protinūs eos insecutus, quōd suū
Origenis opera lectitassent. Illis aut negantib. Co-
ueete, inquit, ne vos nefaria viri illius heresi cōtami-
netis. Testor. n. corā Deo, quōd oīs qui Origenis do-
gmata tuēda suscipit, penā inferni nequaq; evadet.

Cum hære-
ticis differēs-
tetrum sen-
sit odore.

Eius de Ori-
gene senten-
tia.

In cōmisso sibi grege & animis singulorū moder-
randis, mira eius industria & solertia fuit. Et quā-
non oēs vna eademq; via (quod in quibusdā am-
rum moderatoribus valdē vituperandū est) ad fru-
diū virtutis adducere conabatur, sed despiciendū
primis, quod ingeniu, & qua ratione tractādū
Cū aliquādo sedulus pastor monasteria sua per-
agraret, fortē in ipso itiuere, fratris cuiusdā, qui ne-
gligenter admodū vitā traduxerat, funus obuiū ha-
buit.

luit: quod parentes, maxima pompe celebritate, in monumentum deferrebant. Quo viso, vir sanctus psalenticum voces protinus conquiescere, vestesque funebres omnes comburi iussit: atque ita, sine ullo honore, aut precu solennitate, reliquias sepulchro tradidit. Parentibus autem & cognatis eam rem admirantibus, rogantibusque, ut iusta ei fieri pmitteret respondit: vos videte solius corporis cura habentes, per eum, quem defuncto deferitis honore, maiorem illi poenam concillatis, ego vero, quanquam vobis crudelis & inhumanus videar, per hanc ignominiam, vincula peccatorum eius, quibus anima eius constricta tenetur, laxanda curo. Deus enim qui est fons bonitatis, occisiones quarit, per quas suam in nos benignitatem effundat abunde: ut non solum in hoc, sed et in futuro saeculo, peccatorum veniam consequamur. Propterea ego vos, quos is qui decessit, a malis imminetibus liberetur, eum sine psalmis sepelietis. Haec enim saecularis ignominia ad expiationem animae ei cedit. Accidit, ut cum fratrum cellas quandoque iustratum, in Romanum quendam maximae auctoritatis virum incidere. Is autem, multis praeteritae vitae peccatis onustus, vehementer se ab eo onere, per saecularem confessionem exonerare cupiebat. Sed nequam, praeter unum Pachomium, arcana conscientiae suae concedere volebat. Interim Pachomius, Romanae Graecaeque linguae prorsus ignarus esset, et illum & alios non paucos, propter linguarum ignorantiam, periclitari; fidenter ad Dominum accessit, precibusque donam linguarum omnium postulavit, obtinuitque prorsus, ut sibi, in dicendi facilitate, secundum non haberet. Hinc innumeratam perditorum hominum multitudinem in viam salutis reduxit, cunctisque ea pietatis monita dedit, quibus

Obserua quomodo vir sanctus etiam post mortem peccata soluit.

Diuinitas obtinet notitiam omnium linguarum.

quibus facillè, sine vlla offensione, ingrederentur & daemones insidias, quas erat expertus plurimas, mira dexteritate, subterfugerent. Itaque post plurima caelestis philosophiae extructa domicilia, post innumeros labores & certamina, quae pro sua suorum salute, inuicta mente, sustinuit, lætus hilarisque animi Saluatori tradidit, mensis Maij quattodecimo.

Obitus S. Pa
tricij.

MARTYRIUM S. DYMPTNAE, REGIAE
Hyberniae filia, ex actis, quae Petrus Cameracensis
conscripsit. Claruit circa annum Domini 600.

15. Maij.

FVIT in Hybernia, rex gentilis, qui vanis idolorum cultibus & maxima opum potentia & militari gloria admodum celebris, ex illustri iunge, quam propter eximiam formam pulchritudinem, singulari diligebat affectu, filiam suscepit, decoris venustate matri valde similem, meritis nomine Dymptnam; ut ex ipso vocabuli praetigione postea Deo digna iudicaretur. Quae in domo patris nobiliter educata, transactis pueritiae annis, caelestium lumine illustrata, regales luxus & voluptates omnes aspernari cepit: ac tandem occultè sacris aequi expiata, Christo nomē dedit & castitatis voto persequum, se eius seruituti addixit. Interea matris regina defuncta, cum rex, ea causa, superuacuos doloribus laboraret, tandem, habito cum potentibus consilio, statuit virginem adolescentulam, genere & forma spectabilem regi alicui stabili matrimonio coniungere. Cumque, eam in re, milites & eloquentia praestantissimi, per varias regiones vires missi fuisset, ut aliquē, regio sēmare persequum inquireret, tandem, re infecta, redierunt, regem ingressi, ac rege salutato, huiusmodi ad eum con-

S. Dymptna
est in bapti-
zatione ca-
sa uouet.